

- 15 cum peculatu concurrens falsitas, à quibuscumque personis committitur, semper intrat pena mortis, l. Sciant omnes, Cod. de his, qui ex publicis rationibus, l. ibique Glossa verb. Omnibus, Rovit. cons. 60. n. 2. lib. 2. Ursaya loc. c. n. 28. & alii.
- 16 Reus delicti peculatus confugitus gaudet immunitate, cum non sit de exceptis in Bulla Greg. XIV. (adde nec in Bulla Bened. XIII.) Sac. Congr. Immun. in Neapolitana 24. Martii 1627. lib. 1. Decret. Paul. pag. 43. & die 31. Jan. 1628. eodem lib. pag. 82.
- 17 Ex gratia speciali Sanctissimus annuit pro retentione nulliter extracti ex causa peculatus ab Archiepiscopo, attento quod princeps suspendit acceptare sententiam Archiepiscopi usquedum audiret sensum Sacrae Congregationis. Sac. Congr. Immun. in Turinens. 8. Februar. 1667. lib. 1. Decretal. Aiovii pag. 84.
- 18 Datur facultas Archiepiscopo extrahendi Theaurarium, & alios Debitores Ararii Ducalis, & aliorum interesse habentium, uti reos peculatus, modo constet summarie de veritate facti, & retinendi in carceribus eccles. ad dispositionem Sacrae Congreg. & etiam perquirendi, & extrahendi eorum bona in quocumque loco immuni, exceptis monasteriis Monialium, & Conservatoriis, & consignandi. S. Cong. Immun. in Turinens. 14. Jan. 1698. lib. 2. Decret. Alt. pag. 157.
- 19 Depositarius in alios usus convertens pecunias publicas non tenetur pena peculatus, quia pecunia, quae penes Depositarium sunt, ejus periculo subsunt. Ad hoc autem, ut peculatus verificetur, debet fieri pecuniarum furum ab eo, cujus periculo non sunt, Ursaya l. cit. n. 34. cum aliis ibi citatis.
- 20 Interdum, tamen publica pecunia intervertatur, minime tamen peculatus admittitur; ut si illi intervertentur, ad quorum periculum pecunia pertinebat, aditus scilicet, & qui trajiciendam pecuniam acceperunt; L. 9. ff. ad Jul. peculat. idque quia eo ipso quod periculum pecuniae suscipitur, de accusatione peculatus quasi cum ipsis deciditur.
- 21 Objici potest, quod Arcarii, & qui Arario praesunt, peculatum committunt, si vel mutuo dederint pecuniam fidei suae commissam; L. 1. & 2. C. de
- 22 His qui ex public. ration. quanto igitur magis si intervertentur, quom etiam capite eo casu plectantur, ex L. unie. C. de crimine peculat. Tum quod absurdum sit, extra penam eos esse, quorum fidei, & periculo pecuniae publicae sunt commissae, quive eas administrant, cum his major peccandi, quam ceteris facultas sit, eo autem gravius puniendi delicta, quo major peccantibus delinquendi facultas, atque copia patet.
- 23 At videndum, ne male confundantur exactores, arcarii, arario praefecti, Judices denique, & Administratores pecuniarum publicarum, cum his denique quorum periculo ipsae sunt. Illi administrant quidem, cogunt, curant, non tamen suo periculo; ideoque si quid interceperint, rei sunt peculatus. Hi autem, quorum periculo sunt pecuniae, peculatus rei non fiunt, propterea quod, ut dictum mox est, periculo imposito de crimine cum eis decidi videtur, ita ut eam pecuniam, si intervertentur, tamquam privati debitores Reipublicae debeant, non tamquam criminis rei.
- 24 Publica pecunia, cujus subtractio locum facit peculatus, est pecunia populi Romani, non item pecunia civitatum, secundum Papinianum in L. 81. de Furtis, ita ut subtracta pecunia hac civitatum, furti, non peculatus actio competat. At Imperatores Trajanus, & Adrianus etiam ad pecunias civitatum accusationem peculatus produxerunt, L. 4. §. ult. ff. ad L. Jul. peculat. quo jure utimur.
- 25 Pena peculatus ex Legge Julia erat aequae, & ignis interdictio, Constitutionibus vero Principum ca-

pite plectitur, qui peculatum committit; L. unie. C. h. t. Et frustra hanc penam ut duram improbat Leo novell. 105. defenditur enim rigor utilitate publica, quae tanta est, ut nisi peculatores severissime puniantur, numquam defuturæ sint hirudines, quæ corpus Reipublice sanguine, & nervis destitutum relicturæ sunt. (Vid. verb. Furtum, & L. 14. n. 14. p. 7.)

PECUNIA.

PECUNIA. Vid. verb. Emptio, art. 1. n. 8. & 9. PEDAGIUM, seu GUIDAGIUM. Vid. verb. Gallia, n. 9. PÆDOMONTIA, seu potius PÆDOMONTIA. Vide verb. Superstitio, n. 23.

PENSIO, PENSIONARIUS.

SUMMARIUM.

- 1 PENSIO unde dicta; ejus divisio, & subdivisio: à quibus potest imponi: quibus ex causis: quando in impositione detur quid simoniacum, & quando non: in quibus beneficiis locum habeat dicta impositio, ad n. 33.
- 2 Quis capax pensionis ecclesiasticæ: lateo à quo potest concedi: Regulares an possint eam obtinere super beneficiis secularibus: quid procedente gratia Apostolica: illegitimus, excommunicatus, irregularis, filii hereticorum, militia dedit an sint capaces, ad n. 30.
- 3 Utrum vacatio subrequatur: contractio matrimonio: quando non, nisi contrahatur: si non obstantis paupertatis voto Regularis obtinebit eandem pensionem: per promotionem ad Episcopatum Cardinalitium, ad Pontificatum necne vacant pensiones, deciditur: alii modi recensentur eam extinguendi, & quando transferri possit; quæ ad translationem requirantur, ad n. 97.
- 4 Cui non est facultas transferendi, potest utiliter remittere quoad commoditatem: fructus venditio retento ad huc titulo, simoniacæ an sit ad quod extendi potest: idem interpretatur quæ signanda: quando sit nulla, & dicitur subreptitia: debet solvi, & à quo etiam promotor uterque, non facta solutione, ad n. 111.
- 5 Ubi est solvenda: qua specie: quid si color monetae mutetur: quando exigenda: ad quid teneatur pensionarius sub onere non faciendi fructus suos: qua obligatio, si utramque habeat pensionem & beneficium: quarum onera sufferre debet: de ferre an sit necesse vestes clericales: gaudet privilegio fori: quid in militia, & quando pensio potest minus seu remitti, ad n. 140.
- 6 Supplementa Auctoris subnectuntur, ad n. 145.
- 7 Adit. ex aliena manu subrequatur ad n. 150.
- 8 Pensio est ita dicta, vel quia penditur, id est, solvitur, nam & qualibet annua solutio dicitur pensio, & ipsius pensionis solutio dicitur pensio; ut cum multis notat Barbosa lib. 3. Juris ecclesiasticæ univers. cap. 1. n. 2. Vel dicitur pensio à pendo quia dependet formaliter à beneficio, à quo detrahatur, sicut ususfructus à proprietate, ut notant Card. in Clementin. 1. de supplend. negligent. Prælator. Barbosa l. c. & expresse Fagnan. lib. 1. Decr. in cap. Ad Audientiam 35. de rescriptis n. 49. per text. in c. Quicumque 18. q. 2. c. Possessio 16. q. 1. cap. Final de Rignoriis, & c. Quamvis 4. de præbend. in 6.

- 9 Pensio dividitur in laicalem, & clericalem. Communis. Pensio laicalis est, quæ datur ob ministerium temporale, aut aliam temporalem causam, & ista convenire potest nedum Clericis, sed etiam laicis, ut v. g. Economis Ecclesiæ, Cantoribus, Organistis, Aditibus, & aliis hujusmodi. Pensio clericalis, seu ecclesiastica est contra est, quæ clericis auctoritate Superioris Ecclesiasticæ justis de causis constituitur, ipsisque solis competere potest. Et de hac sola clericali in presenti est sermo, & non de laicali.
- 10 Pensio clericalis subdividitur in duas species; una est, quæ assignatur in titulum beneficii ecclesiastici, prout accidit cum ecclesia redditibus abundat, & caret suffragio Ministri, & auctoritate superioris statuitur, ut ibi sit unum beneficium perpetuum, v. g. perpetua Vicaria pro Clerico, cui assignetur pensio, seu portio fructuum ejusdem ecclesie annuatim percipienda, ut habetur in cap. Conquerente 6. de Cleric. non resid. & docent Abbas in cit. cap. Conquerente n. 1. & Anton. de Butrio in notabil. Petr. de Ancharan. n. 2. & Joann. de Imol. in 1. notabil. Fagnan. in cit. cap. Ad Audientiam 31. de Rescriptis n. 42. & seq. Reiffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 5. numer. 86. & 87. dicentes expresse, quod cessante fraude, super fructibus ecclesiæ potest constitui certa pensio nomine beneficii, & sic potest super uno beneficio creari aliud; dummodo primo Rectori remaneat tantum, unde honeste sustentari valeat; & dummodo id non fiat in fraudem, quo casu est locus prohibitioni Concilii Generalis in cap. Extirpanda 30. §. fin. de præbend. ubi statuitur: Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prebentibus ecclesiæ, quæ curam habere debet propriis Sacerdotis, pensionem alicui quasi pro beneficio conferre presumat.
- 11 Alia est pensio, quæ nomine pensionis communiter intelligitur, & ea est, quæ simpliciter constituitur ad tempus de fructibus alicujus beneficii, justaque de causa cuiuspiam assignatur auctoritate superioris. Et pensio sic accepta definitur, quod sit Jus percipiendi partem fructuum ex alieno beneficio auctoritate superioris ecclesiasticæ cuiuspiam Clerici iusta de causa constitutum. Est in re Communis.
- 12 Pensio clericalis primo modo accepta, & collata in titulum est vere & proprie dictum beneficium ecclesiasticum, ut probatur in cit. cap. Conquerente 6. de Cleric. non resid. & tenent expresse Covarrubias pract. q. cap. 36. n. 10. vers. Quarto quoties Cardinal. in Clementin. 1. §. Badem n. 4. vers. Sed quatenus est Beneficium, de supplend. negligent. Prælat. Reiffenstuel loci cit. n. 90. Fagnan. loc. cit. num. 44. & 46. ubi cum aliis ibi citatis indubitanter infert, quod de tali pensione faciendæ est mentio in rescriptis beneficialibus perinde ac de beneficio.
- 13 Nec refert quod appelletur pensio, quia non est vis in nomine, quando constat de rei: tali enim pensioni, utpote datæ in titulum, atque tributæ Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis ecclesiasticis, integre convenit definitio beneficii. Ancharan. in c. 1. num. 5. vers. Si igitur prædictæ conditiones, de Regul. Juris in 6. Abbas consil. 46. in c. p. Illud de Jure queritur vers. quartum consideratur lib. 2. Caccialup. de pensionibus quest. 12. Gigas de pensionibus q. 1. n. 1. & q. 28. n. 20. & q. 96. n. 23. Redoan. de Simoniac. 2. part. cap. 14. n. 11. Cardinal. loc. cit. Ancharan. loc. cit. Abbas loc. c. Covarrub. loc. cit. Fagnan. loc. cit. Reiffenstuel l. c. n. 91. & alii.
- 14 Pensio clericalis secundo modo accepta, scilicet constituta ad tempus in materia odiosa non venit nomine beneficii, bene tamen in materia favorabili. Sic expresse Fagnan. in cit. cap. Ad Audientiam 31. de Rescriptis ad n. 117. ubi cum fuisse præmissis contrarias Doctorum opiniones, tandem n. 117. & seq. easdem hac ratione conciliat, & addit n. 120.

- 15 quod hanc distinctionem inter materiam odiosam, & favorabilem sæpius probaverit Sac. Congr. Conc. quod ipsum repetit in cap. Cum in cunctis 7. de electione n. 103. & seq. & Gregor. XIII. proposito sibi dubio à Sacra Congregatione die 19. Jul. 1577. respondit in materia favorabili, ut est illa privilegii fori, appellatione beneficii venire pensionem. Unde die 8. Augusti ejusdem anni 1577. Congregatio Generalis, cum essent sibi hæc relata, dixit servandam esse hanc distinctionem & ita rescribendum, prout refert idem Fagnan. in cit. cap. Ad Audientiam n. 124. & Reiffenstuel loco citato à num. 92. ad 98. ad longum variis adductis id probans.
- 16 Pensio hujusmodi potest imponi, vel personæ Beneficiarii, vel beneficio. Pensio tunc imponitur personæ Beneficiarii, quando ea imponitur soli personæ Clerici gravati, ita ut talis obligatio solvendi non transeat in successorem ipsius in beneficio, sed cum se ipso solo extinguatur, ut est casus in cap. Nisi essent 21. de præbend. Tunc autem pensio imponitur ipsi beneficio, quando imponitur ad vitam pensionarii, ita ut transeat etiam ad successores ejus in beneficio; quamdiu vixerit ille cui pensio constituta fuit. Communis.
- 17 Papa potest ex rationabili motivo, ac dispensando in Jure communi, omnibus præfatis modis pensionem beneficiis imponere. Communis, per text. in cap. Licet 2. de præbend. in 6. ubi habetur, quod "Ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plenaria dispositio ad Romanum noscatur Pontificem pertinere, & Clementin. Si duobus 1. Ut litpendente 5. final. ubi Salva tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem ecclesiarum, personarum, dignitatum, aliorumque beneficiorum plena, & libera dispositio ex sua potestate plenitudine noscitur pertinere."
- 18 Hinc Papa potest pensionem super quocumque beneficio imponere, etiam nulla causa expressa; cum in beneficiis plenissimam habeat potestatem per citatos textus, & de Jure possit secundum plenitudinem potestatis supra Jus dispensare, cap. Propositus 4. de concess. præbend. ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de supra possumus supra Jus dispensare; Fagnan. in cit. cap. Nisi essent 21. de præbend. in 6. Barbosa lib. 3. Juris eccles. univers. cap. 11. numer. 55. & alii passim. Unde Papa potest etiam imponere pensionem super beneficio patronato, facta mentione hujus qualitatis; Card. de Luca de Jur. discurs. 66. numer. 14. Excepto beneficio de Jure patronatus regio, cui Papa derogare non solet; Card. de Luca loc. citat. numer. 15. cum super beneficio de Jure patronatus regio imponi non solet pensio sine consensu patroni, Card. de Luca de Jure discurs. 66. numer. 15. & de pensionibus disc. 58. n. 3. & disc. 94. n. 5. & 8.
- 19 Episcopus, & quicumque alius Collator Papa inferior non potest novum censum, vel pensionem perpetuam beneficio imponere, neque antiquum censum, seu pensionem augere, textu expresso in cap. Prohibemus 7. de censibus, ubi: Prohibemus, ne ab Abbatibus, Episcopis, vel aliis prælati non novi census, imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur. Si quis vero aliter fecerit, irritum, quod egerit, habeatur." Et concordant cap. Scientes 3. eodem, & Clement. 1. §. Eadem quoque, de supplenda negligent. Prælator. Ita Abbas in citato cap. Prohibemus num. 2. de censibus, Fagnan. in cap. Nisi essent 21. de præbend. n. 46. Pirhing. lib. 3. decretal. tit. 39. n. 8. Engel. ib. n. 2. Reiffenstuel ib. num. 8. & tit. 12. n. 87. Barbosa in citato cap. Prohibemus 7. de censibus n. 2. & part. 3. de officio. & potest. Episc. allegat. 85. n. 1. citans alios, & Communes Doctorum.

- 14 Regulariter loquendo Episcopus nequit conferre beneficium sub reservatione pensionis cuiquam persolvenda; Communis ac certa, ex rubrica, & textu tituli 12. libri Tertii Decretalium, ubi pro regula ponitur: *Us ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur*, cum similibus.
- 15 Potest tamen Episcopus ex causa rationabili pensionem imponere saltem duraturam ad vitam Beneficentiarum gravati, atque in eam consentientis, cum quo extinguitur pensio. Glossa in cap. Audivimus, verb. pensionem, de collusion. detegend. Innocentius in cap. De cetero n. 7. & Abbas *ibidem* numer. 2. de transactionibus, Navarr. consil. 43. numer. 4. de Simonia, Garcias part. 1. de benefic. cap. 2. numer. 295. & 296. Gonzalez ad regul. 8. Cancelar. Glor. 5. §. 7. num. 27. citans Rotam in una Melitens. Canonicius 6. Mart. 1596. coram Millino, & aliis sœpius, Fagnan. in cap. Nisi essent 21. de prebend. n. 28. ubi cum pluribus aliis dicit receptissimam sententiam esse, Episcopum Jure suo ordinatio posse imponere pensionem ad vitam Titularis gravati. Reiffenstuel cit. lib. 3. decretal. tit. 12. n. 89. & tit. 39. n. 9. Engel. ib. num. 3. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 85. numer. 11. & in cap. Prohibemus 7. de censibus n. 3. atque ibi Joannes And. num. 1. Card. de Luca de pensionibus discurs. 40. n. 2. & 3. citans plures alios, & Rotam apud Millin. dec. 104. dec. 166. numer. 5. part. 2. recent. ubi in specie de pensione reservata ad favorem pauperis nepotis studium dantis, & dec. 386. numer. 3. part. 5. dec. 94. numer. 6. part. 6. Monacelli. part. 2. tit. 14. formul. 7. n. 5. Et conclusio nostra desumitur clare ex cap. Nisi essent 21. de prebend. ubi pensio quadraginta librarum alteri litigantium, eo quod dignitatis Prioratus cesserit, per Judices Compromissarios fuit pro bono pacis, & utilitatis ordinata, eidem per Priorem confirmatum annuatim portigenda, quam etiam Papa toleravit, ac confirmavit, ibi: "Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, ut ad præstationem quadraginta librarum non dignitas prioratus, sed persona Prioris maneat onerata. Ne forte circa proventus aliquam videatur facta sectio prioratus, ita quod prior defuncto, successor ipsius ad præstationem quadraginta librarum minime teneatur. *Accedit alius notabilis textus in cap. De cetero 5. de transactionibus, ibi: Si compositio non est Juri contraria, non est à loci Episcopo reprobanda, sed census absque episcopali auctoritate, cui præest ecclesie, sub hoc pretextu solutus, vitam ejus, qui solverit, non excedit.*"
- 16 Talis autem pensio non potest constitui ab Episcopo in certa quota reddituum (puta in dimidia, vel tertia) ne videatur facta sectio beneficii contra expressam prohibitionem, in cap. Majoribus 8. & cap. Tux 20. de prebend. sed in certa quantitate fructuum, seu reddituum. Sic Abbas in citat. cap. De cetero 5. de transactionibus numer. 2. cum aliis ibi citatis; Fagnan. in cit. cap. Nisi essent 21. de prebend. numer. 37. cum aliis ibi adductis, Reiffenst. l. c. tit. 12. n. 98. Card. de Luca de pensionibus discurs. 40. n. 2. & dicit. tit. n. 12. & alii passim.
- 17 Justa causa, propter quos potest Episcopus pensionem in certa quantitate reddituum imponere personæ Beneficiatæ ad ejus solum vitam duraturam, sunt pro bono pacis, pro aliqua lite componenda, pro studio alicujus Scholaris pauperis, pro utilitate ecclesie, pro pauperibus, & egenis, pro beneficentibus, pro usu pio, pro renuntiantibus ex causa renuntiationis loco alimentorum in quantitate moderata, & non ex pactione partium. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. cit. alleg. 83. n. 11. & lib. 3. Jur. eccl. univers. cap. 11. n. 56. cum aliis ibi citatis, Card. de Luca de pensionibus disc. 40. n. 3. & alii passim teste Barbosa l. c.

Justa causa, ut Episcopus reservet pensionem, est quoque amor, quo ille suum ex fratre nepotem prosequitur, vel ut commodius sacre theologie, & sacris canonibus, seu sacre scripture operam dare possit. Barbosa citat. lib. 3. Jur. eccl. univers. cap. 11. num. 37. ad textum in cap. Dilectio 25. de prebend. ubi ipso teste, id notant Doctores, & expresse Rota part. 2. recent. dec. 166. n. 4. quam citat, & sequitur etiam Card. de Luca de pensionibus disc. 40. num. 3. Rebuff. de pacific. potest. n. 23. & alii justam similiter causam reputant: eadem Rota in una Meliten. Canonicius 9. Mart. 1596. coram Card. Millino impressa per Marchesam de commissionibus part. 1. §. 1. pag. 611. quia ille, ad cujus favorem Episcopus pensionem imposuerat, originarius Melitensis erat, & in Urbe sacris literis operam dabat, quæ causa respicit utilitatem, non solum illius particularis Ecclesie, sed etiam universalis, quæ ad suum regimen viris literatis maxime indiget, cum ab ipsis regatur, & sustineatur, c. Super specula, de prebend. c. Cum ex eo, de election. in 6. cum similibus, & notant Doctores communitè cum Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 46. n. 1. & seq.

Episcopus non potest propter prædictas causas beneficium imponere pensionem transmissibilem ad successorem, seu ad vitam ipsius pensionarii, ita ut post mortem Beneficiarii gravati transeat onus pensionis præstandæ ad successorem ipsius in beneficio. Cardinal. de Luca de pensionibus discurs. 40. n. 4. Navarr. consil. 8. num. 9. de Jurisdictione, & consil. 43. n. 4. de simonia, Flamin. Parisius de confidentiis beneficiis. q. 28. num. 120. Azorius part. 2. lib. 8. cap. 6. q. 11. Lessius lib. 2. de justit. & Jur. cap. 34. n. 206. Sanch. lib. 8. in decalog. cap. 29. n. 99. Reiffenstuel lib. 3. Decretal. tit. 12. n. 92. Fagnan. in citat. cap. Nisi essent 21. n. 40. & seq. de prebend. ubi ex professo, ac fusissime hanc sententiam propagat, & multipliciter probat, scilicet Episcopum ordinariam suam potestatem non posse pensionem imponere transmissibilem ad successores in beneficio. Et ratio hujus nostræ conclusionis desumitur clare ex cit. c. Nisi essent 21. de prebend. ubi Innocentius III. Papa expresse decernit, quod pensio pro bono pacis ex jurisdictione Judicum Delegatorum super prioratu constituta, non debeat vitam ejus, qui solverit, excedere, neque successorem ad ejus præstationem ullo modo obligari, ne forte circa proventus ipsius prioratus aliqua videatur facta sectio illis explicitis verbis adductis supra n. 16.

Contrarium tamen, scilicet, quod ex gravi causa possit Episcopus pensionem constituere transmissibilem ad successorem, seu ad vitam ipsius pensionarii, ita ut post mortem Beneficiarii gravati transeat onus præstandæ ad successorem ipsius in beneficio, tenet Felinus in e. Ad Audientiam 31. de rescriptis n. 2. concl. 2. Gigas de pensionibus q. 6. n. 4. Garcias de Benef. part. 1. c. 5. n. 339. Layman lib. 4. theol. moral. tract. 2. cap. 18. n. 3. citans alios adducentes pro sua ratione cap. De cetero 5. de transactionibus, ubi dicitur: *Sed census absque Episcopali auctoritate, cui præest Ecclesie, sub hoc pretestu solutus, vitam ejus, qui solverit, non excedat, ex quibus verbis argumento à sensu contrario desumpto inferunt, auctoritate Episcopi posse excedere. Videt Fagnan. in cit. cap. Nisi essent 21. de prebend. n. 40. & signanter num. 63. de Reiffenstuel lib. 3. Decret. cit. tit. 12. n. 91. ad 97. ubi ad longum istam sententiam cum suis fundamentis rejciunt, & enervant.*

Episcopus in collatione beneficii convenire non potest, ut pensio solvatur sibi. Hoc enim est Simonicum, quia omne pactum, & omnis modus, & conditio, quæ Jure non inest, adjecta collationi beneficii, efficit eam Simonicam, ut cap. Quam pio 2. quart.

- quest. 2. & cap. final. de pactis, & in hac specie respondit Navarrus consil. 4. An committatur Simonia, Si Episcopus de Simonia, & cum multis probat Fagnan. in cit. cap. Nisi essent 21. de prebend. n. 5. & 18. per textum, ibi: *Non ex pactione partium, sed ex jussione Judicum* (Vid. verb. Simonia.)
- 22 Simoniaca est pactio inter partes sine Judice, ut una pars cedat liti super beneficio, & recipiat pensionem annuatim ab altera, si pars cedens habeat Jus in causa: aliàs secus, quia si altera pars Jus non haberet, non esset aliqua simonia, sed pars potius redimeret vexationem suam, ut dicit Glossa in cap. Cum pridem verb. Illicite pactionis, de pactis, & pluribus adductis Fagnan. in cit. c. Nisi essent 21.
- 23 Potest Episcopus, cessante pacto partium, in permutatione beneficiorum mandare, quod recipiens beneficium pinguius solvat aliquam pensionem alteri suo tempore duraturam ad coequandos fructus utriusque beneficii. Rota part. 4. recent. dec. 165. n. 4. & in Meliten. Canonicius 9. Martii 1596. coram Card. Millino, & in Alvingan. Confidentia 9. Martii 1606. coram Card. Marquemontio, Ancharan consil. 279. Quæstio proponitur vers. Ex qua causa num. 1. Flamin. Parisius de confident. benefic. q. 18. numer. 120. in princip. & in fine vers. ad coequandum; Redoan. de simonia part. 2. cap. 21. n. 34. & seq. Stephan. Gratian. discept. foren. part. 6. cap. 18. numer. 2. & 3. Camil. Curt. de pensionibus in princip. Paulus Reman. de pension. cap. 4. n. 10. Cacciaul. de pensionib. quart. 13. numer. 4. Gambart. de offic. Legati lib. 6. num. 77. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 85. n. 11. & lib. 3. Juris eccl. univers. c. 11. n. 58. & alii contra alios citatos, & secutos à La-Croix lib. 4. n. 1104. Vide ibi.
- 24 Quamvis de Jure illicitum, atque simonicum sit resignare beneficium cum pacto, seu conditione apposta parti solvendi pensionem, tamen ex justa, & gravi causa (puta si Resignans est ætate decrepituus, vel infirmus, aut quia pro bono pacis fit resignatio beneficii litigiosi, & hujusmodi) potest Episcopus Resignanti pensionem constituere solvendam ipsi ad vitam Clerici gravati, seu consentientis in eam. Colligitur ex cit. cap. Nisi essent 21. de preb. & tradit Barbosa *ibid.* n. 8. Fagnan. *ibid.* n. 18. Abbas in cap. Ad audientiam 31. de rescriptis n. 6. Felinus *ib.* n. 2. Navarr. cons. 5. n. 1. & 2. de Simonia, Piasc in prax. episcop. part. 2. cap. 5. num. 64. Garcias part. 1. de beneficiis c. 5. n. 295. & seq. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 12. n. 102. Rota recent. part. 5. tom. 1. dec. 386. n. 10.
- 25 Immo Resignans existente rationabili causa pro reservanda sibi moderata pensione, et securus sit, potest ante suam resignationem Episcopo supplicare Colligatur ex cap. Tua nos 34. de Simonia, ibi: *Rogans humiliter, & docent Engel lib. 3. Decret. tit. 12. n. 19. Reiffenstuel ib. n. 105. & alii.*
- 26 Insuper possunt partes prius inter se tractare, atque Resignans super aliqua pensione, sibi danda cum successore amicabiliter componere, non quidem absolute, & quasi per se ipsos illam concludendo (hoc enim esset simonicum, cap. Quam pio 1. q. 2. cap. Final. de pactis, & cap. Quæsitum 5. de rerum permutat. cum similibus,) sed sub conditione relata in consensum Superioris, seu Episcopi, in cujus manibus beneficium resignatur, ac sese omnimode submitendo ejus libere dispositioni; Glossa in Clement.

unica verb. Volentibus, de rerum perm. Abbas in c. cap. Quæsitum n. 10. eodem, hanc opinionem appellans veriore. Navarrus consil. 18. n. 1. de Simonia, Layman lib. 4. theolog. mor. trad. 10. cap. ultim. §. c. num. 50. Reiffenstuel loc. cit. numer. 105. Suarez, Silvester, & alii plures. Cavendum tamen est, ne in his committatur simonia, cum compositiones, & conventiones pro beneficiis ad hoc, ut à simonia excusentur, debeant capere principium ab auctoritate Superioris; & non à pactione, seu à conventionem saltem absolutam partium, arg. cap. Nisi essent 21. de prebend. ibi: *Non ex pactione partium, sed ex jussione Judicum*, & notat Fagnan. *ib.* n. 5. & Garcias cit. part. 1. de benefic. c. 5. n. 340. & 343.

Episcopus, & quicumque Collator Papa inferior nequit imponere pensionem super parochialibus. Sic declaravit per speciale edictum Innocentius XII. die 11. Novembris 1692. & per speciale Constitutionem confirmavit & innovavit novissime Benedictus XIII. octavo Idus Septembris 1724. Quæ Constitutio, ut scitu summpere necessaria, hic ad literam datur.

**CONSTITUTIO,**

*Qua edictum felic. recordat. Innocentii Papæ XII. de parochialibus Ecclesiis pensionum onere non gravandis confirmatur, perpetuæque futuris temporibus observari mandatur.*

**BENEDICTUS EPISCOPUS**

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUANTA Pastoribus animarum, quas Redemptor Noster Jesus Christus pretiosissimo cruore suo acquisivit, in crediti sibi Gregis regimine adhibenda sit vigilantia, exacti muneris ratio ab ipsis Summo Pastorum Principi districtè reddenda aperte nos docet, dum commissuram ovium sanguinem, quæ Custodum fortasse incuria peribunt, extremi examinis die de illorum manibus severus Judex requirit. Porro inter cetera, quæ animarum Rectioribus divino præcepto mandata sunt, quemadmodum Sancta Tridentina Synodus rectè admonet, illud esse dignoscitur, ipsi pauperum, ut aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerant; hoc est illis, qui inopia laborant, præfert vero viduis, atque virginibus, orphanis, pupillis, & infirmis non modo spiritualia debite pietatis, & charitatis officia tribuant, verum etiam more boni patrisfamilias, eorum necessitatibus pro viribus subveniant & quæcumque possunt temporalia subsidia conferre non prætermittant. Nec sane minorem, immo forte potiore iidem animarum Rectores adhibere tenentur curam & diligentiam, ut parochiales cujusque ipsorum ecclesie, quas maxima decet sanctitudo, quoties necessitas exigit, à temporis injuriis vindicentur, ac insuper omni cultu, ornatu, atque decore præfulgeant. Quæ quidem omnia à plerisque Parochis, præsertim in Italia (ut diuturno quinquaginta annorum in Episcopatu, licet infeliciter à Nobis transactionum, experimento usatis novimus) præstari, & impleri non possunt, quoniam parochialia, quæ obtinent, beneficia graviter...

Beneficiorum permutatio, non aliter ac eorumdem resignatio de quibus hisce numeris, auctoritate Episcopi etsi efficit valet: tamen haud præcedente Regiæ Catholicæ Majestatis consensu, subsistere nequit. (1)

(1) Vid. verb. Beneficium, pag. 310. (Videatur Breve SS. Pii V. die 14. Mart. an. 1780. verb. Vagabundus, in add. hisp. nov. in fn. illius sit mentio.)

vibus adeo pensionibus, fructuum reservationibus, alisque oneribus ut plurimum obnoxia sunt, ut ipsius interduo proprio victui necessaria vix supersint, & qui altari servantur, de altari vivere aliquando non valeant.

I. Gravem ejusmodi pensionum, onerumque abusu animo secum reputans fel. rec. Innocentius Papa XII. Prædecessor noster pro eximio zelo suo ad Sancta Dei Ecclesia eum submovere curavit, & re ipsa toto Pontificatus sui tempore submovit, ac re medio sustulit, saluberrimo desuper promulgato, typisque edito edicto tenoris sequentis, videlicet: *Bandino del Titolo di San Pancrazio, Prete Cardinale Panciatichi, e della Santità di nostro Signore con la sua paterna carità, e zelo eccitare li Parochi alla maggiore vigilanza dell'anime, alla di loro cura commesse, e facilitarli il modo di sovvenire alle necessità delle medesime con più abbondanti elemosine; quindi è che per ordine datoci a bocca della Santità Sua comandiamo, ed ordiniamo, che per l'avvenire non s'abbiano da aggravare le parrocchiali etiam di Juspatronato Laicale di pensioni, è che ciò debba osservarsi ancora dagli Ordinari nelle proviste, che essi saranno per farne. Inoltre che non si ammettino ressegne, o permutate di parrocchiali con riserva di pensioni a favore di chi si sia, è sotto qualsivoglia Titolo etiam di prestazione di alimenti, e che molto meno si riservino pensioni sopra le medesime parrocchiali, sine causa beneficio pleno di consenso de' Parsonari per qualsivoglia causa, è titolo. Dalla Dataria questo di 11. Novembre 1692. Bandino Card. Prodatorio. Quod quidem edictum, tamquam aequitati, justitiae, sacrisque sanctionibus maxime consentaneum, ut omnibus innotesceret, & ab omnibus etiam, quem admodum par erat, observaretur, Nos, qui tunc, præter Cardinalatus honorem, Metropolitanæ Ecclesie benevolentiae regimini præeramus, in prima nostra provinciali synodo ejusdem ecclesie habita anno 1692. tit. 22. cap. 2. expresse memoravimus, ejusque præterea integram tenorem in appendice retulimus.*

II. Verum postquam antedictus Innocentius prædecessor univ. carnis ingressus fuit, præfatum edictum, utpote temporarium, in desuetudinem abiit, omnique penitus effectus caruit, & parochiales ecclesie iisdem, ut antea, pensionibus, aliisque oneribus prægravari cœperunt: quin etiam, sicut accepimus, atque diuturno pastoralis muneris exercitio abunde comperimus, quorundam patronorum laicorum, quibus Jus presentandi, seu nominandi Rectorem pro tempore earundem parochialium ecclesiarum, occurrente illarum vacatione, ceteroqui legitime competit, impudentia, ac effrenis avaritia, quæ idolorum servitus est, aliquid cubi eo usque processit, ut ejusmodi presentationem, seu nominationem veluti sub hasta ponere, & (quod dolentes dicimus) licitatori ampliore pensionem offerenti polliceri, & addicere non erubuerint.

III. Hinc igitur est, quod Nos detestandæ huic beneficiorum ecclesiasticorum nundinationi, aliisque præmissis pro Pastoralis Officii nostri debito consulere: ac simul opportune providere volentes, ut antedictis animarum Pastoribus de cetero commodior suppetat modus, nemum suas parochiales ecclesias, quotiescumque oportuerit, reparandi, ornandi, sacrisque suppellectilibus, ad divinum cultum necessariis instruendi, sed etiam subveniendi pauperum, aliarumque miserabilium personarum præfatarum indigentis, ex eo, quod honestæ, & congruæ ipsorum sustentationi supererit, ac insuper ipsius incitamentum præbere cupientes, ut suscepti ministerii labores, & incommoda libentius perferant, & gregi alacrius attendant, in quo positi sunt re-

gere plebem Dei; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valida constitutione præinsertum laudatissimi prædecessoris edictam, omniaque, & singula in eodem contenta amplissime confirmamus, & aprobamus, nullisque perpetuè, ac irrefragabilis Apostolicæ firmitatis vim, robur, & munimen adicimus, omnesque, & singulos Juris, & facti, ac alios defectus, si qui forsitan intervenerint, in eisdem supplementis, atque illud, & illas quatenus opus sit, innovamus, ac instauramus, ab omnibus, ad quos spectat, ac de cetero quomodolibet spectabit perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcussè observari volumus, statulimus, & mandamus, Reservata tamen Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentis facultate, ac auctoritate imponendi antedictis parochialibus ecclesiis eas pensiones, quas beneficiorum proventus, & locorum personarum, quæ conditio imponi permiserint, in favorem dumtaxat, & commodum fabricæ earundem ecclesiarum, ad hoc ut illis ejusmodi certo subsidio promptius reparari, opportune manentur, & congruis etiam ornamentis, ut præfertur, augeri possint, & valeant.

IV. Decernentes, præsentem literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmissis Jus, vel interesse habentes, aut habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, ac auditi, cause propter quas eisdem præsentem emanarunt verificatae, seu aliis sufficienter, aut etiam in aliquo justificatae non fuerint, vel aliis quibusvis de causis quantumvis urgentibus, ullo unquam tempore quovam de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & substantiali defectu, notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quæsto prætextu, vel colore in controversiam vocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas appellationis, moris, restitutionis in integrum, aliusve quodcumque Juris, vel gratiæ remedium impetrari, aut quæpiam impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio uti nullatenus posse, sed easdem præsentem literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, snosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere, necnon memoratis animarum Rectores plenissime suffragari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales etiam de Latere Legatos, ac Nuntios, & quosvis alios quolibet auctoritate, præeminentia, & potestate fungentes, & quodcumque sancturos in qualibet causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet in quocumque judicio aliter judicandi, ac interpretandi facultate, iudicandi, & definiendi, irritumque, inane, nulliusque proterus roboris, vel momenti, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

V. Non obstantibus, & quatenus opus sit de jure quæstio non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, necnon aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutionibus, & ordinationibus quibuscumque, ac illa præsertim fel. record. Pii IV. de gratiis qualescumque interesse Camera nostræ Apostolicæ concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis, ita ut easdem præsentem literas ibidem exhiberi, & registrari numquam necesse sit; aliisque quibuscumque Apostolica, & in Provincialibus, ac Synodaliibus Conciliis editis, ac mandatis specialibus, vel generalibus constitutionibus,

his, statutisque, decretis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac privilegiis, indultis, & literis Apostolicis sub quibusvis tenoribus, & formis, etiam motu simili, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantumcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & expressa, & individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quælibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissime expressis, inseritis, servatis, & specificatis respectue habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus; ceterisque contrariis quibuscumque.

VI. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transmissis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ab omnibus habeatur, quæ haberetur præsentibus, si ferre exhibent, vel ostensa.

VII. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, confirmationis, approbationis, præcepti, sanctionis, mandati & derogationis infringere, vel eiusus temerario contrarietate; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Octavo Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo. P. M. Card. Prodatorio. R. Card. Oliverius. Visa de Curia J. C. Archiepiscopus Amasenus. Loco Plumbi. L. Martinus Registratus in Secretaria Brevis.

Vicarius Episcopi non potest vi sui officii imponere pensionem. Garcia, Sbrozo, Berro, Leurenus citati, & secuti à La-Croix lib. 4. n. 1123.

Legatus à latere potest idem circa impositionem pensionum, quod potest Episcopus. Azorius, Garcia, Filiaco Castropal. Leurenus citati, & secuti à La-Croix loc. cit. n. 1123.

Collatores inferiores, item Compromissarii, & iudices non possunt nisi auctoritate Episcopi. Garcia, Leuren. citati & secuti à La-Croix lib. 4. n. 1123.

Superiores Regularium possunt pensionem imponere in beneficiis suæ Religionis manualibus, amovilibus, seu incorporatis suis monasteriis, & per Vicarios administratis. Barbosa lib. 3. Juris. eccl. univers. cap. 1. n. 61. Abbas in cap. Nisi essent etc. de præbend. n. 12. La-Croix lib. 4. n. 1123. & alibi.

Rota in Trojana pensionis 24 Junii 1610 coram Pivernorum.

Pæceptor Generalis Militarium potest imponere pensionem in Commendis suæ Religionis spectantibus ad ipsam ad favorem Religiosorum, sive Equitum ejusdem Religionis. Rota in una Montis-Falici Pensionis 10. Junii 1630 coram Piravano, Barb. loc. cit. n. 680. & in specie quod magnus Magister Religionis Hierosolymitanæ possit illam reservare super Commendis, vel Dignitatibus, Cati. de Luca de pensionibus, dicitur 42. per totum. de usuris lib. 1. tit. 1. R. RR. RR. Tom. VII.

Laicus de Jure est capax pensionis temporalis. Rot. recent. part. 5. tom. 1. dec. 52. n. 22. & Communis Doctorum. Immo de Jure communi est capax etiam pensionis ecclesiasticæ, quando non confertur titulum, Rota recent. part. 5. tom. 2. dec. 450. n. 3. Card. de Luca de pensionibus disc. 10. n. 5. disc. 7. n. 10. disc. 31. n. 25. disc. 95. n. 3. & alii.

Ex stylo tamen, & observantia Curie non conceduntur pensiones, nisi Clericis cum exercicio, seu privilegio Clericali. Rota recent. part. 5. tom. 2. dec. 450. n. 20. 21. 31. & 34. & dec. 450. n. 4. & dec. 539. n. 6. Card. de Luca de pensionibus disc. 2. sub n. 3. disc. 78. n. 11. disc. 81. n. 21. disc. 82. n. 9. & 10. de benefic. disc. 94. n. 3. Adnot. ad Conc. disc. 12. n. 5. Sanctus enim Pius V. expresse statuit, quod pensiones ecclesiasticæ non possint concedi Laicis. Sic in const. 73. incip. Sacrosanctum.

Sicut laici non sunt capaces pensionis ecclesiasticæ, ita neque illius commoditatis, seu perceptionis fructuum. Rota recent. part. 5. tom. 2. dec. 539. n. 17. & 19. Papa vero potest pensiones etiam laico reservare. Rota part. 4. tom. 1. dec. 12. sub n. 3. Prout etiam laico concedi potest facultas retinendi pensionem. Rota part. 5. tom. 2. dec. 450. n. 25. Quinimodo ubi pensio ecclesiastica concedatur alicui tamquam Laico, tunc si sit bigamus, non eget alia dispensatione. Rota part. 5. tom. 1. dec. 12. n. 39.

Pensio confertur potest puero septenari. Sacra Congregat. Concil. in Nullius 24. Martii 1627. lib. 13. Decret. fol. 123. Ursayam 1. miscellan. sacr. & profan. lit. P. num. 137. qui ibi n. 144. subjungit, quod pensionis capax est puer annorum septem. Imolen. pensio. ann. 1694. de qua in tom. 3. part. 1. disc. 32. ubi ad rem plura habes per totum. Monacell. tom. 2. tit. 14. form. 7. num. 5. & alii citati à Barbos. lib. 3. Juris Ecclesie univers. cap. 11. 42. & à Ventriglia tom. 2. Annot. 11. §. 1. n. 28. ubi testantur ex Stylo Datarie sufficere septem annorum etatem ad obtinendam pensionem.

Filii Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt Matrimonio, non possunt obtinere pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent vel obtinuerunt. Concil. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 14. ibi: Nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. Rota recent. part. 2. dec. 549. n. 4. & fuit dictum in Meliten. pensionis 14. Martii 16. 4. coram Buratto, & tenet expresse Barbos. sup. Concil. loc. cit. num. 32. & de offic. & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 65. num. 26. & lib. 3. Juris Ecclesiast. univers. cap. 11. num. 64. & plures alii ibi citati.

Filius autem legitimus potest obtinere pensionem super beneficio, quod pater obtinet de presenti, non obstante Concil. Trident. cit. sess. 25. cap. 15. de reform. Sic Sac. Congreg. Concil. die 11. Januarii 1661. apud Barbos. in Summ. Apostolic. dec. verb. Pensio num. 5. & in Concil. Trident. loc. citat. num. 33.

Pater Clericus habens facultatem pensionem, quam possidet, transferendi, illam transferre potest in filium Clericum, etiam illegitimum dispensatum simpliciter ad beneficia, & pensiones, quia Concil. Trid. loc. cit. loquitur de pensione reservata super Beneficio, quod habuit pater, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloss. 5. num. 22. & 23. Barbos. lib. 3. Juris ecclesiastici univers. cap. 11. num. 66. & de offic. & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 65. num. 27. & in Trident. loc. cit. num. 35. cum pluribus ibi citatis, ubi refert, quod Sacra Congregatio Concil. in Zamorensi 9. Novembr. 1619. censuit, Clericum reservatarum pensionis annuæ Scutorum 200. super ecclesia, quam ipse nunquam obtinuit, posse transferre medietatem ad favorem sui Filii illegitimi, & sic etiam in alia sub die 15. Septembris. 1629.

ut refert etiam in Summa loc. citat. num. 6. & in Trident. loc. cit. num. 35.

43 Milites Laurentiani ex peculiari privilegio possunt retinere pensionem ecclesiasticam usque ad summam ducentorum ducatorum auri de Camera, non obstante Matrimonio contrahendo, & bigamia. Sixtus V. constituit. incipit Postquam Divina Clementia & alia incipient. Ad exequendum, & alia incipient. Solet Apostolica Sedes: Rota in Hyracensi Pensionis 21. Junii 1521. coram Verospi, cujus dispositio vindicatur sibi locum non solum super beneficiis libertate collationis, sed etiam Jurispatronatus, etiam Principum & Regum. Rota in Verulensis pensionis 15. Septembris 1600. coram Cardinali. Sacraso.

46 Milites Ss. Mauriti, & Lazari, etiamsi contrahant Matrimonium, dummodo cum unica tantum, & virgine, remaneant capaces retinendi pensiones usque ad summam ducatorum 400. auri de Camera. Clemens VIII. constituit. incipit. Decret: ubi ad id moderatur, limitat, & reducit facultatem retinendi pensiones pro summa ducator. 300. auri eis prius concessam à Pio IV. constituit. 95. §. 48.

47 Milites S. Stephani retinent pensiones usque ad summam 400 ducatorum auri de Camera, non obstante Matrimonio contracto, & bigamia; Paulus V. constituit. incipit. Dum generose: et

48 Milites etiam bigami militie christiane possunt recipere pensionem usque ad summam scutorum 300. Urbanus VIII. constituit. incipit. Inscrutabilis.

49 Equites Hierosolymitani, seu Melitenses capaces sunt pensionis super commendis, & beneficiis suae Religionis, & Magnus Magister habet amplissimam facultatem à statuto imponendi tales pensiones. Rota recent. part. 16. decr. 152. num. 13. & patet ex dictis sup. num. 33. Sunt autem incapaces pensionis beneficio seculari impositae. Lotter. Leurenus citati & secuti à La Croix lib. 4. num. 1145. vide verb. Hierosolymitani Milites num. 16. ubi fuit probatum, Equites Militenses sine dispensatione Pontificia non esse capaces pensionis super beneficia ecclesiastica, sicuti nec capaces beneficii secularis, & mediante Pontificia dispensatione fieri capaces sicut alios Regulares.

51 Regulares non possunt obtinere pensionem super beneficiis ecclesiasticis secularibus & vacantibus per professionem. Rota part. 4. tom. 1. decr. 246. n. 2. & part. 12. decr. 121. num. 1. Catd. de Luca de beneficiis disc. 64. n. 3. §. 6. de Pensionib. disc. 44. num. 2. & Annot. ad Concil. disc. 13. num. 2. & Communis aliorum. Nisi praecesserit gratia Apostolica, & dispensatio retinendi pensionem etiam emissa professione, cum dispensatio praeservet pensionem, & removeat omne impedimentum, & incapacitatem ex futura professione contrahendam, & Regularis media ipsa dispensatione Apostolica fiat capax pensionis super beneficio seculari. Doctores communiter in cap. Cum de beneficio, de Prabend. in 6. Rota part. 12. decr. 121. n. 2. & 3.

53 Religiosi Societatis Jesu post professionem trium votorum, & ante professionem quarti voti possunt retinere pensiones ecclesiasticas super beneficiis secularibus, quarum Regularis professi sunt incapaces. Card. de Luca de renuntiat. disc. 17. num. 7. de Regularibus disc. 62. n. 12. Annot. ad Concil. disc. 13. num. 6. Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 3. num. 23. & alii passim.

54 Illegitimus, sicut est incapax beneficii ecclesiastici, ex cap. 1. de Filiis Presbyter in 6. cum similibus, est etiam incapax pensionis ecclesiasticae. Barbosa lib. 3. Juris ecclesiastic. univers. cap. 11. num. 26. cum plurimis ibi citatis, & alii communiter.

55 Illegitimus pravia dispensatione ordinatus, eo ipso censetur, & efficitur capax pensionis absque particulari dispensatione, Rota in Veneta pensionis 10.

Decembris 1572. coram Robustero in Casaraugustana pensionis 19. Februarii 1595. coram Gispio in Melitensi pensionis 14. Maii 1614. coram Burrato, & saepe alibi. Barbosa loc. cit. n. 28. & Communis aliorum.

Excommunicatus, Suspendus, Inderidictus est incapax pensionis; ideo enim permittitur absolutio pensionarii ab his censuris. Leurenus in foro Beneficiali part. 3. q. 524. La Croix lib. 4. n. 1149. & alii passim.

Irregularis quod sit incapax obtinendae, & retinendae pensionis, tenent Barbosa loc. cit. num. 46. Ugolin. Zerola, Campanil. Sayrus, Avil. ibi citati, Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 2. num. 20. cum pluribus ibi citatis, & alii. At quod Irregularitas non causet amissionem pensionis, tenet expresse Card. de Luca de pensionib. discurs. 47. num. 11. dicens, quod neque homicidium voluntarium, vel aliud crimen, quantumvis majoris Irregularitatis induktivum, hujusmodi effectum producit, citans ad id Rotam in Perusina pensionis 29. Januarii 1663. coram Cerro. Et de facto Fagnan. lib. 1. Decret. in cap. Ad Audientia 31. de rescriptis num. 134. refert Sacram Congregationem Concil. die 11. Julii 1577. & iterum de mente Sanctissimi die 8. August. eodem anno respondisse quod Clericus homicida voluntarius, ejusque socius obtinere, & obtentas retinere potest pensiones absque dispensatione, non obstante cap. 7. sect. 14. Concil. Trid. Vide verb. Homicidium num. 66. & sic tenent Leurenus in foro beneficiali part. 3. q. 640. La Croix lib. 4. num. 1175. & alii.

Filii, & Nepotes haereticorum, & à fortiori ipsi haeretici, sicuti sunt inhabiles ad beneficia obtinenda ex cap. 2. §. Haeretici, de Haeretico in 6. ita etiam inhabiles sunt ab obtinenda pensiones, Barbos. loc. cit. num. 43. & alii communiter.

Militiae seculari operam dantes, sicuti sunt incapaces beneficii, immo ipsam amittunt statim ac declarantur milites, ex cap. final. de Clerico conjugat. cum similibus, ita etiam incapaces evadunt pensionis, ipsamque amittunt si habeant, Barbos. loc. cit. num. 50. Rota coram Celsi. decr. 69. n. 16. & 17. ubi ampliat num. 22. locum habere etiamsi re integra, antequam pugnent, militiam deserant, & primarium statum reassumant, & sic respondit quoque Sacra Congreg. Concil. in Niciensi, 19. Decembris 1648.

Sicuti per Matrimonium à Clerico contractum vacant ejus beneficia ex cap. 1. de Clerico conjugat. ita vacant ejus pensiones. Barbos. loc. cit. num. 30. & alii communiter. Rota recent. part. 5. tom. 1. decr. 50. num. 19. part. 8. decr. 33. num. 1. Cessat enim Pensio ipso jure, & est incompatibilis cum Matrimonio, sive Matrimonium fuerit contractum cum virgine, sive cum vidua. Rota part. 5. tom. 2. decr. 450. n. 6. part. 18. tom. 1. decr. 126. num. 12. Nisi pensio fuerit reservata alicui, non tamquam Clerico, sed tamquam benemerito pro servitiis praestitis. Rota part. 2. dec. 387. n. 3. Vel nisi dispensatio Apostolica intercesserit. Rota part. 5. tom. 1. decr. 50. num. 10. & seq. Aut privilegium Apostolicum juxta dicta sup. à num. 45. ad 48. de militibus Laurentianis, Ss. Mauriti, & Lazarii, & S. Stephani, & militiae christianae.

Sicut per professionem Regularem in Religione approbata vacant pensiones, ex cap. Beneficium 4. de Regularib. in 6. ita vacant etiam pensiones; Barbos. loc. cit. num. 39. cum communi aliorum; Rota recent. part. 4. tom. 1. decr. 246. n. 2. & 6. part. 12. decr. 121. num. 1. & patet ex dictis sup. num. 51. & sequent. Potest tamen Regularis Professus obtinere pensionem super beneficio Regulari ad natum Superiorarii amovibilis, non obstante voto paupertatis, & praecipue si inservere debeat ad sublevandam Religionem ab oneribus, quibus alias Religio

gravaretur. Rota recent. part. 2. dec. 301. numer. 2. & 3.

65 Sicuti vacant beneficia per promotionem ad episcopatum, ita etiam vacant pensiones datae in titulum Clericalem; Barbosa loc. cit. n. 38. & alii communiter; Rota part. 2. decr. 143. num. 1. part. 18. tom. 1. decr. 126. num. 11. Nisi concedatur à Papa retentio. Rota ibi. n. 66. Facultas autem retinendi pensionem concessa promotio ad episcopatum non intelligitur cum facultate transferendi, quae ante promotionem competeat, nisi fuerit expressa; Rota part. 2. decr. 143. num. 1. Barbosa loc. citat. & alii passim.

67 Non vacant tamen pensiones per promotionem ad episcopatum titularem, seu in partibus Infidelium. Card. de Luca de pensionibus disc. 43. n. 3. disc. 58. sub n. 11. disc. 75. n. 2. La-Croix lib. 4. n. 1177. & alii passim. Neque vacant per promotionem ad Episcopatum Cardinalitium non obligantem ad residentiam. Card. de Luca de pensionibus disc. 58. n. 10. disc. 75. n. 6. & alii.

69 Per promotionem autem ad episcopatum non vacant pensiones, nisi secuta consecratione, & adepta possessione. Card. de Luca de pensionibus disc. 43. n. 2. circa finem. Gratian. disceptat. forens. cap. 296. n. 1. & seq. Ventriglia tom. 2. annotat. 11. §. 3. n. 32. Seraphin. dec. 110. ubi in fine concludit, Rotam voluisse ad inducendam extinctionem pensionis, & vacationem beneficiorum, requiri utrumque, scilicet Consecrationem, & adeptionem possessionis.

70 Pensio non extinguitur per promotionem ad Cardinalatum, Card. de Luca de pensionibus disc. 75. n. 4. §. 6. La-Croix l. cit. n. 1177. & alii passim. Amplia, ut reservata ad favorem Cardinalis dufert etiam dimisso Cardinalatu. Card. de Luca de Benef. disc. 2. n. 3. de pensionibus disc. 2. n. 4.

71 Neque etiam extinguitur pensio per assumptionem, seu auspacionem Cardinalis ad Papatum; Lotter. de re benef. lib. 1. q. 41. n. 1. & seq. ubi id non solum de Jure comprobatur, sed servatum fuisse in praxi in multis casibus refert, & tenet Ventriglia tom. 2. annotat. 11. §. 3. num. 36. La-Croix l. c. n. 1177. & alii contra Gabriel. concl. 200. n. 2. l. 2. & Gratian. disceptat. forens. cap. 296. n. 11. & seq.

72 Pensio excedens summam scutorum 60. de Camera extinguitur eo ipso sine ulla monitione, citatione, Judicis decreto, aut ministerio, si pensionarius non deferat Habitum, & Tonsuram Clericalem tanto tempore, ut ab omnibus reputetur Laicus. Sic expresse Sixtus V. Constit. incipit. Pastoralis: Card. de Luca de pensionibus disc. 48. n. 7. Leurenus in foro beneficiali. p. 3. q. 742. Ventriglia tom. 2. annot. 11. §. 3. n. 28. Barbos. loc. cit. n. 49. La-Croix loc. citat. n. 1179. & alii communiter.

73 Si pensio sit reservata in persona unius ad commodum tamen, & utilitatem alterius, prout servatur in locis, in quibus viget Pragmatica, ne pensiones reserventur ad favorem exteriorum, tunc extinguitur per mortem unius ex his duobus, scilicet, tam per mortem personae contemplatae, si praemoriatur, ita ut cum ea remaneat extinctae omnes obligationes quam etiam per mortem Reservatarii, in quo actio formaliter radicitur, nisi tamen, qui praemoritur, in alium ante mortem transulerit. Seraphin. dec. 1088. Ventriglia l. c. n. 15. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 36. num. 98. & seq. Garcia de benef. part. 1. c. 5. num. 266. La-Croix loc. cit. n. 1179. cum aliis ibi citatis.

74 Pensio potest transferri cum legitima facultate ab una in aliam personam. Leurenus in foro benef. part. 3. q. 607. cum communi aliorum. Et tunc ad vitam pensionarii constituitur novum Jus ad pensionem. Leurenus loc. cit. & alii communiter. Pensionis translatio fieri potest etiam in articulo mortis.

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VII.

Neque hic locum habet Regula Cancellariae de infirmis intra viginti dies morientibus. Leurenus l. c. q. 616. & 621. La-Croix l. cit. n. 1170. & alii passim, patetque ex verbis Indulti concedi soliti.

Indultum autem, vel facultas transferendi pensionem, seu concedendi pensionem, cum facultate illam transferendi in alium, potest concedi à solo summo Pontifice. Leurenus l. cit. q. 613. La-Croix l. c. n. 1170. Parisius Gamb. Garciae, Castropal. Lotterius ibi citati, & alii passim. Pro transferenda in alium pensione est sub poena nullitatis servanda forma translationis praescripta à Papa in Indulto, Leurenus loc. cit. q. 600. La-Croix l. c. n. 1170. Corrad. Lot. & alii passim. Formula talis Indulti traditur à Card. de Luca post tractat. de pensionibus ad ornamentum constitutionis Innocentii XI. de non transferendis pensionibus ultra medietatem illarum. Vide ibid. in quo Indulto apponitur clausula: Servata tamen forma constitutionis Innocentii XI. super translationibus Pensionum editae. Unde, ut ab omnibus pra oculis haberi possit, hic ad literam datur.

CONSTITUTIO,

Ut nemini liceat pensiones, vel fructus ecclesiasticos transferre ultra illorum medietatem.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

I Circumspecta Sedis Apostolicae providentia Christianissimum commodis regiter navigans, ea, quae aliis pro ecclesiarum, & beneficiorum ecclesiasticorum exoneratione optimo quidem constituta fuere consilio, si optatus inde effectus minime proveniat, sed gravia potius exoriantur incommoda, non melius commutare, atque reformare studet, sicuti Magistra rerum experientia faciendum suadet, ac nequiquam ratio, necnon ecclesiarum, & beneficiorum ipsorum utilitas, & Christianissimum pax, & tranquillitas noscuntur postulare.

II Cum itaque dudum fel. rec. Urbanus VIII. Praedecessor noster omnes, & singulas facultates, Indulta, & privilegia transferendi quascunque pensiones annuas super Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Mensuram, & quorumvis Ecclesiasticorum, tam Secularium, quam Regularium beneficiorum, quomodocumque qualicatorum fructibus, tam certis, quam incertis, ac etiam distributionibus quotidianis reservatas, quae tamen per extractionem integram Pensionum hujusmodi ab ipsis translatis factam realem, & actualem effectum sortita non essent, pro summa, quae medietatem veri annui valoris fructuum mensurae, seu beneficii, super quibus pensio transferenda, seu translata reperiretur, excederet, quibusvis personis, etiam abbatialibus, episcopalis, archiepiscopalis, patriarchalis, vel alia quavis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, sive etiam ad favorem quorumcumque locorum piorum, & collegiorum, quovis intuitu, & consideratione, etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & de Apostolicae potestatis plenitudine, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, tam per quoscunque Romanos Pontifices Praedecessores suos, quam per ipsum Urbanum Praedecessorem concessa eatenus revocaverit, cassaverit, annullaverit, ac viribus, & effectibus evacuaverit, ita tamen, ut facultates transferendi pensiones hujusmodi pro ea parte, quae medietatem fructuum, etiam incertorum, vel distributionum, quatenus super illis essent impositae, non excederent, firmas, & illas remaneret: Et insuper voluerit, & ordinaverit, eos, qui praetextu excessus medietatis fructuum, seu distributionum, hu-